



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

Andreas Saito.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

*Fides.**Aerumna.*

imaginem: nec tamen omittebat yllo metu quæ cælestis ille calor illi dictabat in pectore. In carcere per septem menses frigus horridum & alias ærumnas perpessus; postea inde redemptus quidem est, sed viribus tam attritis, vt mense non integro post exacto, posteaquàm diuinum sacrificium celebrasset, viribus defectus corruerit, & inter edita signa varia pietatis expirârit.

*Andreas Saito . Coad.**Iapon.**Manila ..**28. Febr.**1615.**ætat. 49.**Soc. 20.**Fides.*

Perpetuâ sui contemptione, fidei zelo, paupertate insigni, præclaro suis ciuibus exemplo, multis etiam salutis, fuit; quippe qui non paucos ad Christum dictis factisque loquentibus adduxerit: quem quia deserere nolebat, iussus est in exilium

na-

nauigare : vbi ærumnis maris fractus, in Philippinis tandem felix exul, exilium cum beata, vt spes est, patriâ commutauit.

MARTIVS.

*P. Iacobus Antonius Basile.*

**I**nnocens illi pueritia, & adeò luculenta pudicitie inter æquales opinio, vt illo aduentante obticerent ij qui fortè licentiùs de ijs aliquid dicebant quæ castis auribus placere non possunt. Eius Mater Societatem ingressi Neapoli, & studentis sui Iacobi Antonij videndi desiderio tenebatur. At ille, misso illi Barium crucifixi Christi simulacro, monuit vt illum sui loco aspiceret, quoties Iacobum Antonium vi-

*Italus.  
apud Papyochos.  
Martio.  
1652.  
ætat. 43.  
Soc. 22.  
Castitas.*

*Crucifixus.*